



## BENEVOLO LECTORI.

S. P.

**N**on sine animi dolore præsens hominum conditio perpendi potest, quorum altera pars *atheismo* aliisque impietatis generibus provehendis inservit, altera vero *superstitionem*, & quæ ei affinia sunt, stabilire aggreditur, atque ita & *nequitia* & *stultitia* fores aperiuntur in Dei contemptum & maximum societatis humanæ damnum. Causam hujus mali non sine fundamento reputo esse neglectum *theologiae naturalis* studium. etenim quam frigide nobilissima hæc de *Dei cognitione* & *cultu* scientia Scholasticorum inprimis ætate in Academiis fuerit pertractata, lectio scriptorum huc pertinentium quemlibet facile convincit. Itaque in usum meorum maxime auditorum præsentem hujus disciplinæ synopsis composui, in qua, absoluta Dei cognitione, simul modum colendi ipsum subnectere placuit, ut ita non solum intellectus noster de divinæ *existentia* & *essentia* veritate persuadeatur, sed & voluntas ad ejus *amorem* & *reverentiam* inclinetur. Vale.

PRO-

Sachs.  
Landes-  
Bibl.